
Tarault. *Annales de France, avec les Alliances*
gies, Conqueſtes, Fondations eccleſiaſtiques
de ſes Roys, depuis Pharamond juſqu' à la
de Childeric. Tome I. *Par* JEAN ETIE
RAULT, *Jeſuite* († 1638). à Paris 1635.
Hoc volumen ſpiſſum alterum minime
habuit. Nec mirum! Eſt enim compila
indigeſtaque.

Cf. DE FONTETTE T. II. p. 95.

Henſchen. Francorum Regum chronologia exp
GODOFREDO HENSCHENIO; in *Actis S*
Februar. T. I. in vita S. Sigeberti § 7 —
Eiusdem Exegeſis de genealogico ſt

atum, ubi Francorum prima facta est men-
scriptoribus Romanis, atque absolvitur
752. Sanioris criticae adminiculo auctor
xegit aere perennius. Constituerat enim
, nihil ponere, quod non auctoritate te-
fide dignorum probare posset; loca aucto-
orrupta vel codicibus manuscriptis in usum
is, vel coniecturis sagacibus sanare studuit,
nologiae et geographiae rationem habuit
rtem; dictione usus est vere Romana. Gre-
Turonensi explicando atque illustrando
m dedit indefessam, non subsistens in edi-
huius scriptoris Duchesniana, eo tempore
a, sed plures, ubi opus fuerit, codices
s consulens. Offendens errores manife-
minus librariorum culpa quam auctoris
negligentia ortos, alios scriptores sedulo
nsilium vocavit. Cuius modi exempla plu-
Gregorio obvia expromsit in praefatione
secundi, rationes subiungens, ob quas eius
tiones repudiaverit. Idem studium adhi-
in Fredegario aliisque. Quam ob caussam
Valesiani tomus secundus commentarius
si perpetuus atque egregius Gregorii atque
legarii aestimandus videtur. Continuatio-
operis a multis optatam Valesius anxio
nisu declinavit, quoniam, ut nonnulli vo-
, difficultates in aetate Carolingica vix sibi
rabiles offenderit; cui tamen asserto nos ac-
re nolumus. Tomo primo praemissa est
la chronologica rerum memorabilium a
cis gestarum inde ab imperio Valeriani us-
ad Justiniani annum vicesimum quintum,
ncta notitia urbium et provinciarum Galli-
m. Tomus tertius in fine habet *Discepta-
n de Basilicis, quas primi Francorum reges con-
diderunt,*

diderunt, an ab origine monachos habuerint? ſeorſum quoque *Pariſiis* 1658 in 8 prodlit. terrogatus nempe ab amicis, quamnam ob ſam Eccleſiam ſive Baſilicam S. Vincentii, a deberto rege conditam, in opere ſuo, de loquimur, Monaſterium appellaverit, licet gorius Turonenſis ac Fredegarius Eccleſian Baſilicam id vocaverint? hanc diſſertatio compoſuit eaque probare ſtuduit, Eccle iſtam inde ab origine ſua fuiſſe Monaſterium conſilium adhibens litteras fundationis

Launoy. Adverſarium nactus eſt JOANNEM LAUNOIUM, edidit: *Judicium de Hadriani Valeſii diſcep quae de Baſilicis inſcribitur.* Pariſiis 1658. 8; eius Operibus T. II. P. I. p. 723 ſqq. *Di nem diſceptationis de Baſilicis adverſus Jo. Lau dicium et de vetuſtioribus Baſilicis Lutetiae libru* lucem prodire iuſſit VALESIUS, Pariſ. 166 Qua non ſolum ſententiam ſuam contra noium firmius fulcire ſtudet, ſed etiam a huius libellum, ad idem argumentum perti tem, ſub examen vocat.

Cf. LE GENDRE l. l. p. 6 ſq.
NICERON T. IV. p. 17 ſq. ſec. verſ. Theot.

[redacted]

1716. 12. — Ineſt ſolummodo hiſtoria p
regiae ſtirpis usque ad a. 752. Laudanda
tur auctoris voluntas; praetereaque nihil.

Cf. *Journal des Savans* a. 1702. Nov.

Republ. des Lettres DE BERNARD a. 1701. Jun.

Mém. DE TREVOUX a. 1703. Jul.

DE FONTETTE T. II. p. 96.

Gebhardi. Reges Francorum Merovingici Docume
rum authoritate aſſerti a JOH. LUD. LEV. GE
DI (*Profeſſore Academiae equeſtris Luneburg*
1764). Luneburgi 1736. 4. — Tabula
que totum abſolvitur opuſculum: unicuiq
tem tabulae ſtatim annexae ſunt aſſertion
ma tabula Reges continet Francorum ant
rovaeum, quorum priores, Pharamundum
tecedentes, inter duces potius collocandos
auctor in aſſertionibus monet, qui ſimul, u
tutius evitaret quaevis vel fabuloſa, vel ſa
incerta, de origine tam gentis, quam voc
Francorum legumque Salicarum natali ſolo a
epocha, nulli ſententiae accedens, omni
medio relinquit. Tabula ſecunda Merova
eiusque patrem, cognatos et poſteros ex C

... praesertim *Eccardo*, qui ipsi saepius va-
...bique elucent.

...ra Acta Erud. a. 1738. p. 364 sq.

...ertation sur la Chronologie des Rois Merovin- de Longuemare.
...piüs la mort de Dagobert I jusqu' au sacre de
... avec des reponses aux critiques de quelques ar-
...s deux autres dissertations, données par le même
...43 et 1744, et des éclaircissemens sur le Roi des
...ds; par M. GOUYÉ DE LONGUEMARE, *Avo-*
...u Parlement et Greffier au Bailliage Royal de
...illes. à Paris 1748. 12. ibid. 1756. 12. —
...primo dissertatio, quam titulus innuit quae-
...b Academia Suessionensi a. 1746 praemio
...a fuit. Auctor in ea initium ac finem
...orum singulorum regum primae stirpis inde
...eberto III, rege Austrasiae, Dagoberti filio,
...4, usque ad initium regni Pipini, a. 752,
...ius, quam antea, definire nititur. Quae
...non solum ad reges Austrasiae, sed etiam
...triae atque Burgundiae, spectat. Veritatis
...o unice ductus atque adminiculis adiutus
...mis, Henschenium, Cointium, Valesium ac
...billonum adeo meliora passim docere poterat.
...tola dissertationi subiuncta prima, ad edito-
...Mercurii Francici, illustrat cessionem Atha-
...l regis atque Leudes sic dictos, contra Fe-
...n potissimum, qui Leudes, apud Grego-
... occurrentes, alia prorsus ratione explicue-
... Epistolae secundae auctor est LEBEUF, illu-
...ue situm loci, qui *Truccia* vel *Trucciago* vo-
..., ac propter proelium in historia Francica
...ignobilis. Cui Longuemarius in alia sub-
... epistola modeste respondit. Appendicis
...ddidit disquisitionem super officio ac digni-
...dministri regii, qui *Roi des Ribauds* voca-
batur.

batur. Contra Tilletum oſtenditur, eius hominem minime dignitatis fuiſſe eminenti ſed primum inter ianitores regios in iudicii xime publicis.

Cf. *Mém.* DE TRÉVOUX a. 1748. Sept. a. 1749. a. 1753. Jun. Vol. I. p. 1221.
Journal des Savans a. 1748. Nov.
Zuverläſſige Nachrichten von dem Zuſtande der ſenſch. P. CXXVII. p. 533—542.
DE FONTETTE T. II. p. 64 ſq.

Extrait etc. *Extrait de la Lettre d'un Bénédictin de P à un autre Bénédictin, touchant une Diſſert M. Gouye de Longuemare ſur la Chronologie Merovingiens) qui a été couronnée à l'Ac Soiſſons;* in *Mercure de France* a. 1748. Dec

de Longuemare. *Lettre de M.* GOUYE DE LONGUEMARE *à M. mond de Saint-Albine, pour répondre à celle d'un tendu Bénédictin;* ibid. 1749. Mai.

Schöpflin. Reges Auſtraſiae; auctore J. D. SCHOEP NO; in eiusdem *Alſatia illuſtrata* T. I. p ſqq. — Obſervationes nonnullae minime ſuper regibus primae ſtirpis, eorum chrono maxime, exhibentur.

(Marnezia) Reflexions *Reflexions ſur l'Hiſtoire de France (des Rois*

C. *Scriptores ſpeciales.*

SCHOEPFLINI illuſtres de Francica hiſto- Schöpflin.
roverſiae. *Argentorati* 1737. 4; et in *eius-*
nmentationibus hiſtoricis p. 367-374. —
ramundo, quem auctor ex ſerie regum
orum expungit, ac de Clodione, qui
in Belgicae Galliae partibus ſedem pri-
it, diſputatur. Examinatur deinde atque
ir Chifletii aliorumque aſſertio, qua
Carolidarum a Merovingis per Blitildem
m, quam regis Clotarii filiam fuiſſe pu-
educitur. Adduntur nonnulla de Bruni-
Sigeberti Auſtraſiorum regis uxore, cu-
ocentiam, ab aliis iactatam, auctor mini-
oſcit.

✠ ✠ ✠

ramond, ou Hiſtoire de France. à Paris 1641- Phara-
Voll. in 8. *ibid.* 1654. X Voll. in 8. *ibid.* mond
Voll. in 8. *à Amſterdam* 1664. XII Voll. etc.
— Ne forte quis, titulo inductus, cre-
ram ineſſe hiſtoriam, huius fabulae Ro-
is, a GUALTHERO DE LA CALPRENEDE per
priores tomos diductae et poſt eius obi-
PETRO DE VAUMORIERE ad decimum us-
atatae, meminiſſe debemus.

E FONTETTE T. II. p. 79 ſq.

pompe funebre de l'Auteur de Pharamond. à La pompe
663. 12. etc.

égé de Pharamond; par Mr. de S.... à Pa- Abrégé
. III Voll. in 12. — Eſt epitome fabu- etc.
nanenſis, modo commemoratae.

✠ ✠ ✠

velles Découvertes ſur Clodion et les Fran- (de Man-
ar LOUIS DES OURS DE MANDAJORS). . . . . dajors) Découver-
hiſt. Vol. VII. P. I. T 4. — tes etc.

4. — Ridicula dicuntur haec inventa ſiv
ſervata.

Cf. DE FONTETTE T. II. p. 80. T. IV. p. 38

F. H. M. *Merovée, fils de France; Nouvelle hiſtoriqu*
F. H. M. à Paris 1678. 12. *à la Haye* 1679.
Et in hoc libro veritas hiſtorica vitiata ap
figmentis.

Tripault. *Hiſtoire du ſiége d'Orleans par Attila* (ci
450); *par* TRIPAULT. à Orleans 1635. 8.

de Longuerue. LUDOVICI DUFOUR DE LONGUERUE D
ſitio de annis Childerici I, Francorum R
in *Bouqueti* collectione T. III. p. 681 ſqq.

Daniel. *Diſſertation ſur la dépoſition de Childeric,*
Clovis, et l'élévation du Comte Gilles, Gé
l'Armée Romaine, pour être mis en ſa place ſur
ne des François; par GABRIEL DANIEL; in
Hiſtoire de France (1697 ſqq.) v. ſupra ſect. I
RONI diſſertationem (a. 1738 editam), in q
nielis aſſerta examinantur, ſupra ſectione I
davimus.

a, in qua nonnulli reges Francici antiquio-
ievi, veſtimentis ſuis conſpicui, repraeſen-
ur, et ab editore illuſtrantur. Cap. II hi-
a theſauri reperti copioſe narratur omnia-
in ſepulcro detecta enumerantur. Cap. III
onſtratur, antiqui fuiſſe moris, huiusmodi
pretioſas in ſepulcris regiis ponendi. Cap.
dumbratur Childerici I vita. Cap. V demon-
tur, hunc regem non ritu Romano, ſed ritu,
em vocant, Barbarico ſepultum, hoc eſt, non
mbuſtum fuiſſe. Cap. VI auctor exponit, quo
do cadavera veterum Romanorum veſtimen-
pretioſis ornata fuerint. Cap. VII delineati et
cripti ſunt annuli, regis nomine inſigniti.
. VIII agit de Wiomado, Childericiani ſigilli
tode, atque de more, cum mortuis ſigilla eo-
n ſepeliendi. Cap. IX explicat picturam anti-
am, qua exhibetur Carolus M. in medio ſe-
s, cum eius Cancellario in dextra et Comite
atino in ſiniſtra parte. Cap. X habet caput
vinum, in eodem ſepulcro repertum, aeri in-
um, illudque Childerici idolum fuiſſe proba-
. Cap. XI differit de CCC figuris aureis,
auctor apes repraeſentare ornamentoque
regii inſerviſſe ſtatuit. Cap. XII ulterius
ſtenditur, apes fuiſſe Francica ſymbola re-
m vetuſtorum, easque divini quid prae ſe tu-
, quia ex cadavere bovis, quem Aegyptii
m coluerint, generatae fuerint. Cap. XIII
arat thecam regis ſcriptoriam; cap. XIV en-
cum reliquis armis; cap. XV equum bella-
m, cum domino, ut et eius agaſone, ſepul-
cap. XVI caeteras res pretioſas, in ſepulcro
das; cap. XVII explanat duodecim numos
os; cap. XVIII argenteos. Cap. XIX ſiſtit
rſum ſuper quatuor numis argenteis, a. 163

prope urbem Trevirorum in urna quad
ventis. Cap. XX auctor ſententiam ſuam
fert, qua Tornacum merito urbs regia ſit
landa. Cap. XXI inquiritur in Childerici
nologiam; cap. XXII denique offert ſpici
de apibus, antea commemoratis.

Cf. LE COINTE Annal. T. III. p. 656.
Hamburgiſche Bibl. hiſt. Cent. X. p. 304—311.
DE FONTETTE T. II. p. 81.

Audigier. Hoc loco non omittenda videtur ſen
AUDIGIERII in eius *Origine des François* p.
520, de quo libro ſupra retulimus ſectio
ille enim ſtatuit, ſepulcrum iſtud refere
potius eſſe ad Childericum, Chlotarii I f
le Gendre. Eandem ſententiam non ſolum fovet LE GE
DE S. AUBIN in *Antiquités etc.* p. 535 ſqq. ſe
dem quoque novo argumento fulcire ſtude

Schulz. ERNESTI AUGUSTI SCHULZII Exercitat
capite taurino in monumento Childerici re
antiquiſſimo Francorum inſigni; in *ejus* E
tatt. philol. N. VI. — Originem huius
auctor detegiſſe putat in ipſa Francorum ac
brorum religione, qua in bellis ſuis taurum

mus ſectione IX. In hac diſſertatione auctor
tra Audigierium affirmat, ſepulcrum iſtud
que fuiſſe Childerici I; caput taurinum ido-
regis minime fuiſſe, nec idem Apidem
gyptiacum denotare potuiſſe; figuras iſtas
as non eſſe apes, ſed potius lilia. Animad-
ſiones ſuper nonnullis aliis rebus in ſepulcro
rtis etiam lectu haud ſunt indignae.

Anecdotes de la Cour de Childeric; (par M. MA- (Hamil-
TON). à Paris 1736. II Voll. in 12. — Liber ton)
Anecdotes.
lis Romanenſibus accenſendus.

ALCIMI AVITI, *Epiſcopi Viennenſis*, Epiſtola Avitus.
Clodovaeum, de ſuſcepta ab eo Chriſti fide
ptiſmo; apud *Du Cheſne* T. I. p. 835. Am-
n doctumque commentarium in hanc epiſto-
exhibuit *le Cointe* in Annal. eccl. T. I.

ANASTASII II, Papae, Epiſtola Clodoveo, Anaſtaſius.
Francorum, quod Chriſto nomen dedit,
ta a. C. 497; in *Dacherii* Spicilegio T. V.
2.

Obſervations ſur le Baptême de Clovis, les anciens Obſerva-
tiſtères, l'ancienne forme du Baptême et Confir- tions etc.
m, la ſainte Ampoule; in *le Cointii* Annal. T. I.
3 ſqq.

Le vita di Clodoveo, Ré di Francia; per GIO- Botero.
NI BOTERO; in parte prima operis illius,
inſcribitur: *Le vite de Principi Criſtiani.* In
no 1601. 4.

De la ſainteté du Roi Clovis, avec les preuves et Savaron
toritès, et un Abrégé de ſa Vie; par JEAN SA-
ON, *Lieutenant-Général de Clermont* († 1622);
litione Annalium *Belleforeſt*; quae prodiit
1621. fol. Separatim *ibid.* 1622. 4. Et in
de l'Hiſtoire de la Monarchie Françoiſe par M.

Lenglet T. I. in fine. — Liber rarus, auctor, miraculorum aſſecla, omnia Cl vaei facinora defendere eumque iuſtiſſimi ſanctiſſimum fuiſſe regem demonſtrare ſtu

Cf. LENGLET T. XII. p. 118.
DE FONTETTE T. II. p. 82.

Desmareſt. *Clovis, ou la France Chretienne; Poëme h de* JEAN DESMAREST, *Sieur de Saint-Sorl l'Académie Françoiſe* († 1676). à Paris 165 *Leyde* 1657. 12. *à Paris* 1666. 12. *Troiſième augmentée;* ibid. 1673. 8. — Fabula: fat

de Marolles. *Conſiderations* DE MICHEL MAROLLES, *Villeloin, ſur le Poëme epique de Clovis;* in e *ſeminaires ſur les Oeuvres de Virgile, traduits* (à Paris 1673. 4) p. 129 ſqq.

Modeſte. *Vie de Clovis par* MODESTE *de Saint Am* eiusdem *Monarchie ſainte* (à Clermont 167 T. I. p. 1 ſqq.

Jaenichen. PETRI JAENICHII D. Clodoveo M. pri ter Francos rege Chriſtiano. *Vitemb.* 1704 Complexus eſt auctor hiſtoriam huius re cem paragraphis, quibus ſingulis eruditas tationes ſubtexuit.

(Limojon de S. Di- *Clovis, Poëme dédié au Roi; (par M.* LI

am 507, post proelium cum Alarico com- ab eo tempore vero eundem Parisiis ; in civitate Remorum ob baptisma so- o per breve tempus fuisse; eundem par- lliae a se occupatam eodem modo, quo as Francicas, rexisse, libera ab impe- ano potestate; Gallos Chlodovaeo ea- a solvisse, quae antea fisco imperiali mite Chlodovaei in Gallos imperium nomine solum barbaros fuisse; eos- tributa seu vectigalia solvisse; numos ei eiusque antecessorum genuinos, non illos potius numis Romanis fuisse usos; l Childerici sepulcrum comprobet; nu- eos, Chlodovaei nomine insignitos, ad eum II vel III esse referendos; nomen heudemeri in numis quibusdam aureis uum, non pertinere ad Theodemerum, ri filium, sed ad regem Suevicum huius in Gallicia, qui saeculo sexto magnam rgenti vim ad sepulcrum S. Martini Tu- miserit. In fine libri differitur de mo- quibus vocabulum SUESSIONIS vel ONIS legitur, atque ostenditur, eas post vaei tempora, barbarie magis invalescen- ssione re vera a monetario, cui nomen cusas fuisse; alias, eiusdem monetarii verbisque EXONA FICI insignitas, non prope Corbeiam, sed Vici ad Axonam *Aisne*) cusas fuisse.

Journal de Verdun a. 1739. Febr.
Journal des Savans a. 1739. Jun.
Hamb. gel. Zeitungen a. 1739. p. 319 sqq.

D. SCHOEPFLINI Illustres ex Chlodovaei historia controversiae; in *eius* Commen- t. p. 375-384. — Disputatur de nomine Schöpflin.

Chlodovaei, de eius patre Childerico, de
ubi Chlodovaeus Alemannos vicit, de an
Rhemenſi, de auri flamma, vexillo nobili
de ſcuto liliato fabuloſo, de clamore b
Montjoye S. Denys, de titulo Regis Chriſti
mi, de corona aurea, quam Chlodovaeu
Chriſtianorum ſacra transgreſſus, Hor
Pontifici miſiſſe dicitur, de ſervitute, in
Alemanni a Chlodovaeo devicti redacti fu
gentinam eodem tempore, fortaſſe aute
Childerico regnante, Francico adiectam
regno, de finibus eius per Chlodovaeu
menter dilatatis, de honoribus huius
Anaſtaſio Imperatore acceptis, de Chl
moribus atque obitu.

Ribaud de Rochefort. *Diſſertations ſur le Règne de Clovis*; par BAUD DE ROCHEFORT. à Paris 1741. 8.

Cf. *Journal des Savans.* a. 1742. Mart.
Mém. de Trévoux a. 1742. Mail.
Obſervations ſur les Ecriv. modernes. Lettre 4

de Nivernois. *Mémoire ſur la politique de Clovis par M.* DE NIVERNOIS; in *Mém. de l'Acad. des I* T. XX. p. 147 ſqq. — Ingenio ſagaciſſim
dovaeum praeditum eumque artes bellicas
ac civiles probe calluiſſe, easque in uſus

chriſtianam, Chlotildem; eam ad con-
um maritum omnem quidem adhibuiſſe
, nihil tamen effeciſſe. Deinde comme-
Chlodovaeum intuliſſe bellum Aleman-
proelio ſpopondiſſe, Chriſto nomen ſe
n eſſe; finito proelio, ſuſcepiſſe religio-
riſtianam ac baptiſmi ritu initiatum eſſe;
aetermittuntur temporis rationes, quae
te definiuntur. Parte ſecunda nonnulla
antur, quae ad cauſſas, cur Chlodovaeus
mutaverit, perſpiciendas faciunt, quippe
eius indoles, immanis eius crudelitas, cu-
cimina etiam edidit, et exigua rerum divi-
ac dogmatum chriſtianorum cognitio.
pars rationes politicas ipſas exponit. No-
conſilia Chlodovaei de occupanda tota
, et artes, quibus ad conſequendum pro-
n uſus eſt; atque ex his conficitur, Chlo-
m Chriſtianorum coetui ſeſe adiunxiſſe,
ciliaret ſibi Gallorum benevolentiam eos-
teſtati ſuae ſubiiceret.

vis, Poëme heroïcomique, avec des Remarques; le Jeune.
LE JEUNE. à Paris 1763. III Voll. in 12.

vis le Grand, premier Roi Chrétien, fondateur Viallon.
Monarchie françoiſe; ſa vie, précédée de l'Hiſtoi-
Francs avant ſa naiſſance, avec les vies des prin-
perſonnages, qui ont concouru à la gloire de ſon
tels que Sainte Geneviève, Sainte Clotilde et
emi; par M. VIALLON, *Chanoine régulier et*
écaire de l'Abbaye de S. Geneviève. à Paris
12. — In tres partes liber dividitur,
prima usque ad p. 188 de rebus Franco-
terum differit; de quibus auctor meliora
aque exhibuiſſe, ſi quae in Germania de
diſputata fuerunt, ſciviſſet. Pars ſecunda
ad p. 497 ſiſtit Chlodovaei vitam haud

 male

male compoſitam. Populares, v. c. *Me*
Daniel, *Velly*, hoc in negotio auctori min
tisfaciunt; utpote qui, ex eius ſententia, C
dovaeum multorum vitiorum falſo accuſave
quae ipſe ab eodem, quantum fieri poteſt,
ſtergere ſtudet. Praeter alia potiſſimum ſe
tia explicare ac demonſtrare nititur: 1) Fr
Salici diu ante Chlodovaei tempora in Belg
ripas Scaldis circa Tornacum ſedes habue
fixas; 2) ex eo loco, non vero inde a ſilva
ringica et trans Rhenum veniens Chlodov
Syagrium adortus eſt atque vicit, poſtea
Sueſſionem, Remos aliasque urbes ſub
3) poſt multa alia geſta urbes Neuſtriae co
deratas poteſtati ſuae ſubiecit; 4) eandem, d
tatem Conſulis Romani et Patricii adeptus,
to magis confirmavit ac dilatavit; 5) Thur
quos devicit, non incolae fuerunt Thurin
Germanicae, ſed terrarum Tungris vicina
Theodemirum ac Pharamundum unum f
eundemque, auctor credit. Tertia pars (p.
565) continet Annales Francici regni ex
quis ſcriptoribus congeſtos a Theod. Ruin
et Eccardo; item ex antiquo MS. vitam S.

illon; in *Eſpr. des Journ.* a. 1780. Jul.
268. — Sex inſunt obſervationes,
n Lutetiam Pariſiorum ſpectantes.

✧ ✧ ✧

bien-heureux Childebert Roi de France; par Modeſte.
de S. Amable; in eius *Monarchie ſainte*
52 ſqq.

✧ ✧ ✧

ire et Chronique de Clotaire I, Roy de Fran- Bouchet.
ſainte Radegonde, ſon Eſpouſe, Fondatrice
ère de Sainte-Croix de Poitiers; par JEAN
, Procureur à Poitiers. à Poitiers 1524.
inis auctoris primarius ſpectat ad vitam
undis conſcribendam; quae enim de
addit, ad eundem finem pertinent.
et hunc ſententia inepta de origine
m Troiana inceſſit. Libris quatuor
le Radegundis ortu, de pia vitae ratio-
nuptias inita, de introitu in monaſte-
mariti mortem, ac de miraculis, quae
poſt obitum patraſſe dicitur. Adiecta
tio de rebus geſtis liberorum Chlotarii

FONTETTE T. II. p. 84.

re de la Vie et des Ecrits de Chilperic I; par Rivet.
OINE RIVET, *Bénédictin;* in *Hiſt. littérai-*
rance T. III. p. 338 — 343.

✧ ✧ ✧

blae ſancti GERMANI, Pariſienſis Epiſco- S. Germa-
runichildem Reginam, ut Sigibertum I nus.
evocet a conſilio belli, quod (Childe-
itri ſuo inferebat; in *Labbei* Collectione
rum T. V. p. 923; in *Harduini* Collectio-
. Append. p. 2083; et in aliis Concilio-
ectionibus.

Diſſer-

Lebeuf. *Diſſertation ſur pluſieurs points de l'Hiſtoi Enfans de Clovis I, et ſur quelques uſages de Fr qui a remporté le prix dans l'Académie Franç Soiſſons en* 1741; *par M. l'Abbé* LEBEUF; in dem *Diſſertations ſur l'Hiſt. de Paris* T. III. 79. — In ſectione huius diſſertationis do mae prima auctor diſquirit, numne Chlod filii ipſi regnaverint? numneque leges de Principum impuberum, de gubernatione usque ad eorum pubertatem ac de finibus pubertatis exſtiterint? Secunda quaeſtione vit, numne fratres Chlodomiri eius ter caedem liberorum illius occupaverint? anno? Tertia agit de iure filiorum ſucc patri. Quarta, de coma veterum Franco

Fenel et de Longuemare. *Diſſertations ſur pluſieurs points de l'hiſtoi fils de Clovis I; par M. l'Abbé* (J. B. PASCHAL NEL *et M.* GOUYE DE LONGUEMARE, *qui ont porté le premier et le ſecond prix à l'Académie de ſons en* 1743. à Paris 1744. 12 mai. Un diſſertatio etiam ſeparatim proſtat, et pri dem hac inſcriptione: *Diſſertation ſur la co de la Bourgogne par les fils de Clovis Premier; les accroiſſemens que reçut le Royaume de Soiſſon*

[redacted]

auxilio; hunc vero poſtea arma ſua iis
ſſe mortuumque eſſe ante Burgundiae ex-
ationem; regnum hocce inter Childeber-
t Chlotarium eorumque nepotem Theode-
m diviſum fuiſſe ſic, ut poſtremus accipe-
am partem, quae Italiae fuit confinis, no-
im dioeceſin Vindoniſſam; porro, bellum
in anno 534 fuiſſe finitum. Additur ex-
o rerum memorabilium huius belli. Diſ-
tur deinde, qui fuerint Gregorii Turonen-
Leudes, a quibus Theodebertus contra Chil-
rtum et Chlotarium, regnum illi auferre
ntes, eſt defenſus? Poſt haec oſtenditur,
inam provinciis atque locis regnum Sueſ-
ſe ſucceſſu temporis auctum fuerit; atque
mbitus illius fuerit, dum rex eius Chlota-
totum imperium Francicum nanciſceretur.
poſtremo probatur, Juſtinianum impera-
regibus Francicis non omnem Galliam,
ovinciam ſolummodo, diplomate ceſſiſſe. —
tatio poſterior ſic inſcribitur: *Diſſertation
t d'eclairciſſement à pluſieurs points de l'hiſtoire
ſans de Clovis I; qui a remporté le ſeconde prix*
ar M. GOUYE DE LONGUEMARE ibid. eod. 12
— Hic quidem in plurimis cum Fenelio
enit: tamen nonnulla ſibi propria expro-
Digna certe examine ſunt, quae contra
oſium monet, quae de Leudibus diſſerit,
n re a Fenelio diſſentire videtur, et quae
mbitum monarchiae Francicae regnante
tario I ſpectant.

Zuverläſſige Nachr. von dem Zuſtande der Wiſſenſch.
. CXV. p. 532—544. Ineſt excurſus doctus ſu-
er ceſſione Provinciae, a Juſtiniano Imp. peracta.

e Clodomiro et Theodorico, filiis Clo- le Cointe.
i, Theodeberto et Theodebaldo nepoti-
bus;

bus; auctore CAROLO LE COINTE; in *nal. eccleſ.* T. I. p. 849 ſqq.

de Longuemare. *Divers Eclairciſſemens ſur l'Hiſtoire de de Clotaire I; par M.* GOUYE DE LONGUEM eius *Diſſertation ſur l'état du Soiſonnois.* 1745. 12.

Res geſtae etc. Res geſtae à Sancto Guntramno, diae Rege; ex Hiſtoria eccleſiaſtica Epiſcopi Turonenſis, cum Comment vio in *Actis Sanctorum* die XXI Martii.

Modeſte. *Vie de ſaint Gontran; par* MODESTE *ble;* in eius *Monarchie ſainte* p. 127 ſqq.

Giry. *Vie de ſaint Gontran; par* FRANÇOIS eius *Recueil des Vies des Saints* die XXV

Baillet. *Vie de ſaint Gontran; par Adrien* B eiusdem *Recueil des Vies des Saints*, eod

Rivet. *Hiſtoire de la Vie et des Reglemens par Dom* RIVET; in *Hiſt. litter. de la F* p. 368.

Hiſtoire de Childebert II; par Dom RIV p. 397 ſq.

Hiſtoire de Clotaire II; par Dom RIV

nenſis; ap. *Bouquet* T. II. p. 578 - 596. — olum in his Geſtis exponitur vita Dago-, ſed etiam Chlodovaei II, eius filii. Au-gnotus, rerum mirabilium ac fabularum , atque hanc ob cauſſam circumſpecte con-us, ſecundum Petrum de Marca, vixit nte Chlodovaeo II, quia hiſtoriam ſuam norte huius regis a. 656 abſolvit. Felibie-lum a. 780 floruiſſe credit. Valeſius eun-in ſaeculum nonum relegat. Carolus le e probare ſtudet, eum ſcripſiſſe ſub Carolo e ſub Ludovico Pio, ante Hilduinum, Ab-San-Dionyſianum. Struvius ſolummo-ſtimat, hunc anonymum aetate Dagoberti e inferiorem eſſe. Idem addidit editioni ſervationes, in quibus varia illuſtrantur, m ad hiſtoriam vel geographiam, tum ad tates Francicas ſpectant, quum vix quid-quod ſingulare ſit, vel ad vitam Dago-vel ad mores Francorum faciens, fuerit m.

E FONTETTE T. II. p. 92.

: Geſtorum Dagoberti auctore iudicium Henſchen. RIDI HENSCHENII; in *Actis* Sanctorum ebruarii p. 215. nr. 46.

agmenta de rebus geſtis Dagoberti I, ex Fragmenta etc. iis ſeu Vitis Sanctorum Pontificum, Ab-, et aliorum, qui tunc praecipue in Pala-: aliis regni partibus floruerunt; apud *Du* T. I. p 627 ſqq. et ap. *Bouquet* T. II. p. . .

e de Dagobert I, Roi de France, par MODESTE Modeſte. *mable;* in eius *Monarchie ſainte* p. 30 ſqq.

ſtoire de Dagobert I; par Dom RIVET; in Rivet. *ter. de la France* T. III. p. 554 ſq.

Obſer-

Obſervations etc. *Obſervations ſur une Medaille d' or de Dago trouvée à Marſeille;* in *Mercure de France* a. Maii.

Launoy. De loco ſepulturae Dagoberti I; auctor ANNE LAUNOIO; in *eiusdem* Judicio de H. V Diſceptatione, quae de Baſilicis inſcribitur *rif.* 1657. 8) p. 84 ſqq.

Chifflet. Bedae Presbyteri et Fredegarii Scho concordia, ad ſenioris Dagoberti defini Monarchiae periodum, atque ad primae Regum Francorum ſtirpis chronologiam liendam etc. Auctore PETRO FRANCISCO FLETIO, Societatis Jeſu Presbytero († *Pariſiis* 1681. 4. — Etſi ex Fredegario, no atque aliis certo conſtat, Dagobertum regni ſui decimo ſexto exſtinctum: non quo poſt Chriſti nativitatem anno obierit, liquet; aljis in annum 638, aliis in a. 644 tem eius referentibus. Nempe quum Dag tus vivo adhuc patre Chlotario Auſtraſi gnum iam a. 622 adierit, dubium eſt, nu decim illi regni Dagobertini anni a morte Chlotarii, quae in annum 628 incidit, randi ſint, an ab exordio potius regni Au

[redacted]

ris, quod Caniſius T. I. Antiq. Lection. , auctoritate ſubnixi, reiecta priore, po- ram hypotheſin adſtruere ſuſtinuerunt. Ea res tanti viſa auctori fuit, ut ſententiam nem excutiendam curatius et adverſus viros illos peculiari diſſertatione pro- ndam cenſuerit. Qua ipſa Fredegarium m, quo male intellecto Hermannum in er- olim lapſum virosque illos praecipites fe- ciſſe contendit, ſic explicat, ut vulgarem theſin firmare potius quam labefactare vi- ; eandemque porro et aliorum auctoritate gumentis quam plurimis, tum ex geſtis em temporis, tum ex ſecutorum temporum xtu depromtis comprobare nititur. Qua ione, inſerta etiam diſſertationi *Vita S. Ba-* auctore anonymo, quam mutilam primo ctionis ſuae tomo Ducheſnius ediderat, ac illuſtrata, id agit auctor, ut totius prope ni a Chriſto nato ſaeculi chronologiam, itiſſimam utique in Francica hiſtoria ac llimam, expediat ſtabiliatque. Denique ndicem de S. Dionyſio Areopagita et S. oveſa, Pariſiorum patronis, ſubiunxit, et vitam S. Genoveſae, auctore anonymo, ui ter ſenis ab eius obitu annis ſcripſiſſe di- , ex pervetuſto codice, notis ſuis illuſtra- non alio inſtituto, quam ut Genoveſae onio ſuum Pariſienſibus Areopagitam aſſe- ; tenax nimirum ſententiae, quam de uno yſio, primum Areopagita et Epiſcopo nienſi, tum deinde Pariſienſium Apoſtolo artyre, cum aliis, adverſus Sirmondum et ium, qui Dionyſium Areopagitam Athe- ium Epiſcopum, a Dionyſio Pariſienſium opo longe diverſum fuiſſe, eruditis ſcriptis

docuerunt, defendendam peculiari differt
cui vero mox a Launoio reſponſum eſt, ſ
rat. — Caeterum quum in hac diſqui
Bedae, Presbyteri, quam venerabilem
appellanda ſubinde auctoritas eſſet, eiusq
Fredegario concordia circa hoc negotiu
monſtranda: in Chifletii vero manus hi
illius eccleſiaſticae gentis Anglorum tum
MSS. alii, tum vetuſtiſſimus S. Maximin
virenſis perveniſſent; novam hiſtoriae illi
tionem adornandam ſibi, et diſſertationi
nis Dagoberti praemittendam cenſuit.
ea, una cum *praeliminari diſſertatione de*
que aetate ac vero obitus anno, nec non *Cu*
Cuthwinum Epiſtola, ex qua a. 762 eum
conſtat, primam huius operis partem co
Cf. Acta Erud. a. 1652. p. 329 ſqq.

Mabillon. JOANNIS MABILLONII Diſſertatio hiſto
anno mortis Dagoberti I et Chlodovaei
ris Regum Francorum. — *Eiusdem* diſſ
de anno et die ordinationis, itemque obit
ſiderii, Epiſcopi Cadurcenſis, ex quibus
bertina epocha denuo comprobatur; in
veteribus Analectis (*Pariſ.* 1682. 8) T. III

[redacted]

[redacted]iversariis, Chifletio, Mabillonio, ac [redacted]o. In parte prima probat contra Chi[redacted]decim istos annos regni Dagoberti[redacted]itu Chlotarii patris computandos esse, [redacted]mo nono regni eiusdem, quo nempe [redacted] Austrasiae tradiderat, i. e. anno [redacted] potissimum Fredegarii testimonio [redacted]cet deinde, Theodoricum III, Da[redacted]otem filiumque Chlodovaei II, non, [redacted]vult, tribus diversis vicibus, sed [redacted], thronum occupasse, nimirum [redacted] Clotarii III, eius fratris, ac post [redacted]parici, alterius fratris. Simul plu[redacted]nii et Chifletii errores, circa regnum [redacted]II, Sigeberti filii, et circa vitam S. [redacted]commissi, arguuntur. Capite huius [redacted]o respondetur observationibus Mabil[redacted]modo memoratis. Pars altera examinationis dissertationem de palatiis villisque [redacted]qua Valesii notitia Galliarum atque [redacted]e Basilicis passim carpuntur. Dictio[redacted]lucida quidem auctor usus est, verum [redacted]ace.

[redacted]TTE T. II. p. 66 sq.

[redacted]io de annis Dagoberti, auctore GE- Du Bois.
[redacted]BOIS, Oratorii Presbytero; in *vita* [redacted]clesiae Parisiensis (*Paris.* 1690. fol.) [redacted]. Valesio hic calculum suum adiicit. [redacted]m ob recens exstructam S. Dionysii [redacted]praecipue extollit: tametsi Mabillo[redacted] tantummodo ab hoc ornatam dota[redacted]sserat, cui ideo nonnulla argumenta [redacted]onit.

[redacted]ancti Sigeberti III, Regis Austrasiae, Vita Sige-
[redacted]or (SIGEBERTUS, *Monachus Gemblacensis*) berti III.

etſi contemporaneus non fuit, eam tamen e
teribus Hiſtoricis et Vitis Sanctorum ſe colle
teſtatur; apud *Du Cheſne* T. I. p. 591 ſqq.
dem locupletior et caſtigatior; in L. *Surii*
Sanctorum de I Febr. Eadem, cum aud
Sigeberti nomine et cum Commentario pr
GODEFRIDI HENSCHENII; in *Actis Sanctorum*
verp. d. I Febr. Et apud *Bouquet* T. II. p. 5
602. — Bouquetus primum obſervavit,
regis Sigeberti, quam vulgaverat Cheſnius
auctoris, qui etiam Sigebertus audivit, non
eandem eſſe, quam Henſchenius in lucem
dit, licet multis in locis interpolatam. Sc
iſte monachus Sigebertus vitam regis Sig
mortui a. 656, ſaeculo undecimo. Hen
diſſertatio continet illuſtrationes haud pauc
ſtoriae periodi Merovingicae, praecipue re
genealogiae regum ac diviſionum regni
ſarum.

Cf. DE FONTETTE T. II. p. 91.

Aulbery. *La Vie de S. Sigebert, écrite par Sigebert de*
blours, traduite en François, avec une ſuccinc
ſcription de la Lorraine et de la Ville de Nancy,
Généalogie de la Maiſon de Leuoncourt; par

ot subsequens verum auctorem fuisse HU-
M, Canonicum regularem Nanceiensem,
bent.

ie de Saint Sigebert III, Roi d'Austrasie, par Frison.
LAS FRISON. à Nancy 1726. 12.

*ettre écrite à M*** sur l'Histoire de Saint Si-* (Benoit de Toul) Lettre etc.
III, Roi d'Austrasie (par le Père BENOIT DE
, Capucin). S. l. et a. 12.

Replique à la Réponse aux deux Lettres écrites sur Replique
storie de S. Sigebert, troisième du nom, XIIe *Roi* etc.
Austrasie. S. l. et a. 12.

Dissertatio chronologica de principio et exi- Lacarry.
gni regumque Franciae primae familiae,
me Clotarii III, Childerici II et Theoderici,
n fratris; auctore AEGIDIO LACARRY; So-
is Jesu; in *eiusdem* Historia coloniarum
montii 1677. 4) L. V. cap. VII.

ADRIANI VALESII de Dagoberto II, Sige- Valois.
III filio, Epistola; apud *Bouquet* T. II. p.
99.

ie de Dagobert, Roi de France et Martyr; par Baillet.
EN BAILLET; in eius *Recueil des Vies des*
d. 23 Dec.

cta Sancti Dagoberti, Francorum Regis et Acta S.
yris, cum Notis ALEXANDRI WILTHEMII, Dagoberti.
tatis Jesu. *Molshemii* 1623. 4. Eadem aucta
IANO FLONCEL, Doctore. *Eucemburgi* 1653.

Haec Acta Dagoberti III, mortui a. 715,
seu nihili fere aestimantur, quia plena sunt
rum et anachronismorum. Auctor fuit
chus saeculi duodecimi. In praefatione
cter, se nihil, quod de hoc Sancto litte-

ris conſignatum eſſet, inveniſſe, eiusque riam in oblivionem tranſiviſſe. Confund S. Dagobertum, Stenaci mortuum, cum berto III, Franciae Rege.

Cf. DE FONTETTE T. II. p. 93.

le Cointe. Examen Actorum S. Dagoberti, R CAROLO LE COINTE; in *eius* Annal. eccl a. 715. nr. 3 — 14.

Eclairciſſement etc. *Eclairciſſement ſur le lieu de la mort du gobert II;* in *Journal de Verdun* a. 1728. J

Vita Leodegarii. Vita S. Leodegarii, Auguſtodunenſis pi et Maioris Domus Franciae, in qua res ſub Childerico et Theoderico Regibu dovaei II filiis, fideliter deſcribuntur; *Cheſne* T. I. p. 600 616. In *Actis Ordinis S. Benedicti* T. II. p. 679 ſqq. cum lonii obſervationibus. Apud *Bouquet* 609 - 626. Auctor huius vitae S. Leo occiſi a. 678, ſcripſit a. 687.

Urſinus. Vita S. Leodegarii, auctore URSINO aequali; in *Surii* Actis Sanctorum die II Curatius eandem edidit *Ducheſne* T. I. p. Longe vero melius et correctius *Mabill* Actis SS. Ord. S. Benedicti T. II. p. 698

T. I. p. 670 ſqq. et apud *Bouquet* T. II. p. 99.

ie du bien-heureux Childebert Roy de France; Modeſte.
ODESTE *de S. Amable;* in eius *Monarchie ſainte* p. 62 ſq.

hildeberti III, Francorum Regis, Placitum Placitum
711; apud *Bouquet* T. VIII. p. 876. etc.

De tribus Dagobertis, Francorum Regibus, Henſchen.
ba; in qua horum Regum et Succeſſorum , tempus, acta indicantur, et Dagoberto geberti filio, Regnum Auſtraſiorum vindi- edita a GODOFREDO HENSCHENIO, e So- Jeſu. *Molesheimii* 1623. 4. Eadem auctior. *piae* 1655. 4. — Ita quidem Lelongus et tus: ſed ſunt cauſſae, quae dubia contra em priorem nobis moveant. Primo enim lia bibliotheca vel index vel catalogus, onſulere licuit, eandem nobis oſtendunt. notum eſt, et duumviri iſti ipſi hoc nar- Valeſium in praefatione ad tomum ſecun- Hiſtoriae ſuae Francicae queſtum eſſe, Henſchenius tres in hiſtoria Francogal- gobertos primum ſe detegiſſe iactaverit, ipſe iam a. 1647 Dagobertum II, Sigeberti ex hiſtoria quaſi elapſum, reſtituerit. itur ratione Valeſius Henſchenio id quaſi exprobrare potuiſſet, ſi hic iam a. 1623, tae annos XXIII demum peregerat, reſti- m Dagoberti II perfeciſſet? Quidquid illud ſit, in diatriba Henſcheniana copio- xplorate demonſtratur, tres in Francia e Dagobertos; et primum quidem fuiſſe

filium Chlotarii II, mortuum a. 633, [illegible]
dum, Maiorem Domus Sigeberti II, D[illegible]
tum II clam in Hiberniam transportari
hunc vero, circa a. 670 reverſum, in A[illegible]
cum Childerico II regnaſſe. E Henſche[illegible]
tentia hic Dagobertus circa a. 687 obiit, v[illegible]
quidem, ut videtur, morte. Differit ſ[illegible]
eius filiabus. Tertius denique Dagobert[illegible]
ceſſit patri, Childeberto III, a. 711, mo[illegible]
715. Vita trium horum regum tres in[illegible]
eſt diviſa. In calce tertiae auctor exam[illegible]
nionem, qua S. Dagobertus, cuius pa[illegible]
meminimus, unus ex illis tribus Dago[illegible]
gibus fuerit; ipſeque hoc negat, eum[illegible]
tummodo Confeſſorem ſeu Martyrem [illegible]
tuit. Quartus adiectus liber recenſet e[illegible]
nat Concilia et Epiſcopos Francogallicos[illegible]
rum fit mentio per regna trium Dagober[illegible]
Ineſt eidem diſſertatio, qua auctor proba[illegible]
dionem prioresque reges Francicos ſede[illegible]
mariam tenuiſſe in terra Ultrajectina,
Diſpargum fuiſſe credit. Operi hiſtoria[illegible]
quae Francogallicae utiliſſimo finem imp[illegible]
dex chronologicus.

Cf. DE FONTETTE T. II. p. 630 sq.

[redacted]

DEFR. HENSCHENII Exegeſis innovans ac Henſchen.
ns Diatribam de tribus Dagobertis; in
ſanctorum ſub initio tomi III menſis Apri-
Et haec diſſertatio, ut Diatriba, habet
quatuor; in quorum primo auctor exhi-
tomen chronologicam ſyſtematis ſui, ra-
que, quibus motus epochas nonnullas
erit. In ſecundo mortem Dagoberti I,
antea a. 644 vel 647 factam eſſe crediderat,
no 638 ponit, examinatque teſtimonia, qui-
anc ſententiam confirmavit. Tertium ſiſtit
iam exilii, reditus in Galliam, reſtitutio-
imperium, mortis ac martyrii Dagoberti
t hac quidem in diſſertatione exiſtimat,
eſſe eundem Sanctum, qui Sathanaci ſeu
i colitur. Capite quarto examinatur tem-
gni Theodorici III eiusque ſucceſſorum.
E FONTETTE T. II. p. 631.

noires hiſtoriques ſur le Regne des trois Dago- Berain)
ant ſujet des fondations de pluſieurs Egliſes de Mémoires
, faites par le Saint Roi Dagobert II, et fauſ- etc.
attribuées à Dagobert I, et particulièrement de
ation de l'Egliſe Collegiale d'Haſlach; avec un
de la Vie de S. Florent ſon patron, Evêque de
urg, et une Diſſertation critique ſur ſa Chaſſe;
IERRE MARTIN BERAIN, *Chanoine et Cuſtos*
gliſe d'Haſlach † 1758). à Strasbourg 1717.
Secundum huius ſcriptoris ſententiam
bertus I natus eſt a. 602, mortuus a. 638;
bertus II natus a. 651, in Hiberniam trans-
a. 655, reſtitutus in regnum a. 673, occi-
679: Dagobertus autem III regnare coe-
711 mortuusque eſt a. 715, anno aetatis
o ſeptimo, relinquens filium, Theodori-
I, patrem Childerici III, ultimi regis Me-
gici.

Cf. DE FONTETTE T. I. p. 605. T. II. p. 9

de Boiſſat. Martellus (ſeu Poëma de Carolo Ma auctore PETRO DE BOISSAT; in *eius* ctione operum Latinorum, libro rariſſ tamen non tantae raritatis, ut unicum ſo do exemplum typis expreſſum ſuperſte *Niceronus* (T. XIII. p. 382 ſqq.), *Freyt* Analectis litter. p. 137) aliique ſtatuerun diendus hanc in rem *Dartigny* in *Nouveau* *rés d'hiſtoire etc.* (à Paris 1749) T. II. ubi etiam affirmatur, carmen iſtud epic libros ſex diviſum, minime eſſe tanti p vulgo credebatur: languidum eſſe potiu que fere omni poëtico carere. Collectio 1649 in folio typis impreſſa dicitur.

de Sainte-Garde. *Childebrand, ou les Sarrazins chaſſés de Poëme heroïque; par* (JACQUES CHARLES, S SAINTE-GARDE, *Aumônier du Roi.* à Paris 16 Deinde hac epigraphe: *Charles Martel, Sarrazins chaſſés de France, Poëme heroïq* DE SAINT-GARDE, *Aumônier du Roi.* ibid. 12. — Hildebrandus iſte Caroli Martell fuit. Carmen ipſum iam Boilavius meri

ſententiae vulgari obſtrepit, qua prima regia in Gallia nomen a rege Merovaeo erit; ſtabilire potius nititur, in Germania Auguſti Imperatoris tempore floruiſſe requendam, *Merwe* ſive *Merohoduum* dictum, nomine deſignetur familia regia, cuius princille fuerit; populum Germanicum adeo inam ita fuiſſe appellatum; inde exiiſſe Franqui, in Gallias devenientes, hanc regum um appellationem uſurpare continuaverint.

Obſervations ſur le nom de Mérovingiens; par M. Freret. ET (1746); *ibid.* p. 63 ſqq. — Giberto ontradicit, atque contendit, vocabulum vaeadum verſus finem huius ſtirpis regiae m ortum fuiſſe, et quidem ex Merovaei ne, quia ab hoc inde rege demum genealogum primae ſtirpis certior evaſerit. Gisententiam fundamento carere hiſtorico, oſtenditur; atque in fine enumerantur poMerovaei tempore Germaniam incolentes. minus Gibertus coniecturas ſuas defenonatus eſt diſſertatione ampliore, quae intur:

Mémoire ſur les Mérovingiens; par M. GIBERT Gibert. 9); ibid. T. XXX. p. 567—586. — Cus definire ſtudet tempus, quo nomen Meroum uſitatum fuerit; examinat deinde vonum, unde hoc nomen ortum; additque obtiones ſuper origine Francorum.

Diſſertation de RENÉ D'AUBER DE VERTOT, de Vertot. *laquelle il prouve que les derniers Rois de la pre- Race ne doivent point être appellés fainéans ni les, comme ils ont été appellés par les Auteurs ui ont écrit ſous la ſeconde Race;* ibid. T. IV. p. qq.

LIRON

Liron. LIRON *ſur la queſtion: Si les Seigneurs Fr ſe faiſoient la guerre ſous les Rois de la premiere* in eius *Singularités hiſtoriques* T. III. p. 119 ſq Auctor contra Alteſerram et Ducangium ſtionem illam negat.

Wernsdorff. M. GOTTLIEB WERNSDORFFII, *Fac. p Academia Wittenbergenſi Aſſeſſoris (poſtea in A Gedanenſi Profeſſoris publici)* Commentatio rica de Regibus crinitis Francorum Mero cae ſtirpis, qua ſimul probatur, numos, vulgo Gothicos appellamus, ad hosce re ferendos videri. *Vittembergae* 1742. 4. — mo auctor declarat, regibus Gothorum, T cum ac Parthorum uſitatum fuiſſe caeſari trire; plebem Francicam retro detonſam re ſolis ornamentum capillitii reliquiſſe; dubium num hicce mos introductus fuerit, quum Thuringiam habitarent, an poſtquam reg in Gallia quaeſiverunt; olim multos ſimul crinitos pagis praefuiſſe iure haereditario; nes crinitos fuiſſe, quod probatur de re pluribus ſingulis, in primis ex monimentis morum regum ſuperſtitibus; ſolos Merovi hunc ornatum adamaſſe, a Carolingis re

[redacted]

de. (à Paris 1768 12.) T. I p. 1 sqq. — obis ignotus declarare studet formam in monarchia Francica sub regibus pri- simul eiusdem originem atque indo- re, opinionesque praeiudicatas illius otissimum ex Comitis Boulainvillierii emerariis oriundas, destruere.

importante sur l'Histoire de France de la (de Lon- *du 4 Juillet* 1755; (*par M.* GOUYE guemare) Lettre etc. MARE). .... 12. — Vellius potiffi- sultus in hac epistola errorum chro- arguuntur.

SECTIO XII.

de rebus gestis sub regibus se- dae sive Carolingicae stirpis.

ntes huius periodi generales.

Francici breves ab a. 707 usque ad Annales Nazariani. Monasterio S. Nazarii iuxta Rhenum nde NAZARIANI dicti; in Corpore hi- nicae *Freheri* P. I. p. 86 sqq. Apud T. II. p. 3 sqq. Pleniores ex Codice ae Guelferbytanae, beneficio J. G. a *Burcardo Gotthelf Struvio*, in nova edi- tor. Germ. Freheri. T. I. p. 77 sqq. *quot* T. II. p. 639 et T. V. p. 10 sqq. — identur hi annales ex maiore opere Chronicorum scriptores in monaste- epe fundamenti loco posuerunt, dilata- nos addiderunt. Per se enim brevissi- resque gestas paucissimis verbis notant. ales Francorum, ab anno 726 ad annum Annales Labbeani. n *Labbei* Bibl. MSS. T. II. sect. 4. n. 6. p.

Anna-

Annales Tiliano-Petaviani. Annales Francorum *Tiliano-Petavi* no 708 usque ad a. 800; ex duobus ve dicibus MSS. quorum unus fuit *Jo. T* aſſervatus eſt in bibliotheca *Alexandri* apud *Du Cheſne* T. II. p. 6 — 10; et apu T. II. p. 641 T. V. p. 13 et 17 ſq.

Annales Tiliani. Annales Francorum auctiores *Tili* 708 ad annum 808, quo auctor ſe vix tur; in antiquo Codice MSto *Jo. Tilii; Cheſne* T. II. p. 11 — 20. Apud *Bouq* p. 642 ſq. T. V. p. 17 ſq. — Auctor annalium plerumque deſcripſit et in dium redegit Petavianos modo memor quidem ab a. 708 usque ad a. 740; dei ſelianos ab anno 741 usque ad a. 808. chronologiam haud raro impingit, r quoque in nominibus propriis ſcribendi

Chronicum Bedanum. Chronicon breve *Bedanum* a mundi ad annum Chriſti 810; ex vetuſto Co *Bedae* de ratione temporum Monaſterii S ſii; apud *Du Cheſne* T. III. p. 125 — 13 *Bouquet* T. II. p. 643 ſqq. — Plura, l viter, traduntur de rebus Gallo-Fran a. 691 usque ad 810.

[redacted]

ſit ex Fragmento Annal. ad a. 769. Eo-
ragmentum ab a. 741 — 793 primus in lu-
edit *Henr. Canisius* T. III. Antiq. Lect. quod
in quinque poſtremis annis a Loiſelianis
, in aliis etiam multis exemplum Caniſii
contractius eſt.

ronicon breviſſimum Monaſterii *S. Galli*, Chronicon S. Galli.
91 ad a. 814; in *Baluzii* Miſcell. T. I. p.
ex edit. Manſiana p. 120. Apud *Bouquet*
p. 30.

diverſis Chronicis Fragmenta inde ab a. Fragmenta etc.
que ad a. 814 in unum locum congeſſit
ur T. V. p. 384 — 387.

ronicon Monaſterii Beſuenſis, comple- Chronicon Beſuense.
es memorabiles in Francia geſtas, a Pha-
lo usque ad Carolum Magnum, et ulte-
uctore JOANNE, *Monacho Beſuenſi*; editum
Lucae d'Achery Pariſ. 1654. 4. Et in eius-
acherii Spicilegio, T. I. p. 489 ſqq. ſive
. 400 ſqq. (ex edit. Barrii). Hocce chro-
naxime ab a. 600 usque ad a. 1134 decur-
onferantur de eo: *Mémoires de Litterature*
Des-Molets T. IV.

nales Francorum *Fuldenſes*, ab anno 714 Annales Fuldenſes.
ium anni 883; Moguntiae, ut videtur,
one Lotharii et Ludovici Germanici, Lu-
Pii filiorum, ſcripti; editi primum a *P.*
inter Annalium et hiſt. Francor. ſcripto-
et. XII (*Francof.* 1594. 8.) p. 1 ſqq. hoc ti-
Annales ſive Geſta Francorum ab a. 714 ad
incerti, ſed vetuſti ſcriptoris. Auctio-
rrectiores et *Fuldenſes* appellati a *Marq.*
T. I ſcriptor. rerum Germ. p. 1 ſqq.
Velſerus, Auguſtanus, Frehero codice m
m utendum permiſerat). Rurſus cultio-
Ducheſnio T. II. p. 531 — 584. Demum
adhuc

adhuc auctiores et emendatiores, cum no
parallelis a Struvio, Lambecianis collatio
uſo, in nova editione ſcriptorum Freherian
T. I. p. 1 ſqq. Et apud *Bouquet* T. II. p. 67
V. p. 326. T. VI. p. 206. T. VII. p. 209. T.
p. 38. Emendationes et ſupplementum h
Annalium ab a. 882 usque ad a. 887 exſt
Lambecii Comment. de Bibl. Caeſ. Vindob.
p. 345 ſqq. et in *Kollarii* Analectis Vindob.
p. 510 ſqq. Alia lacuna ad a. 894 et 895 e
codice Vindobonenſi expleta, in *Muratorii* Scr
rer. Ital. T. II. P. II. p. 119, et in *Kollarii* A
Vind. T. I. p. 523. Aliud Supplemen
Leibnitii Scriptt. rer. Brunſvic. T. I. p. 192.
rundem Annalium emendationes e Cod. MS
J. F. Chriſtii Noctibus academicis Spec. II
190 — 221. Spec. IV. p. 300 ſqq. 336 ſqq.
Horum annalium non unum eſſe auctorem,
dudum docuerunt, atque per ſe patet. A
illud, praeter res diverſim ſcriptas, et ſulu
verſus; nec orthographia per totum libru
dem. Qui inchoavit annales, maiore aliqu
linguae Romanae nitore ſcripſit, et meliore
cio fuit uſus, quam qui perrexere. Ma

t; ubi auctores utuntur verbis hisce: *u noſtro coenobio, fratres noſtri*, aut ſimi- i ita fere: *Abbas Fuldenſis coenobii; mona- enſi Abbas datus eſt* caet. De eo dubium antiquiſſimum eſſe librum, atque au- us teſtatos de ſui temporis rebus. In- lo Martello conſpirant annales manife- chronico Hildesheimenſi. Maxime ve- tempore epitomen annalium Metenſium ferre, ſeu potius eundem auctorem, riptor annalium Metenſium ante oculos ſequi videntur, forte Regionem. Ex ad a. 857 notantur, apparet, auctorem temporis fuiſſe. Ab eo tempore, for- ab a. 840, novus auctor annales con- non amplius conſentiens cum annali- enſibus. Et in hac continuatione potiſ- eferuntur res geſtae, alibi vix obviae, ſine illa ex hiſtoria evanuiſſent.

FONTETTE T. II. p. 121.

ales Francorum *Fuldenſes* dicti, ſive *Lau-* Annales Fuldenſes ſ. Laurisha- menſes. *ſes*, ab a. 714 ad Ludovici Pii quartum auctore anonymo, qui utitur ſupputa- mporis ſecundum annos regni Franco- vetuſtiſſimo codice hoc tempore non ompoſito, verum eodem etiam tempore auctoris manu litteris Gothicis exarato; *ecii* Comment. de Bibl. Caeſ. Vindob. T. 5 ſqq. in *Kollarii* Analectis T. I. p. 549 ſqq. *torii* Scriptt. rer. Ital. T. II. P. II. p. 98 ſqq. *Bouquet* T. II. p. 645. T. V. p. 63. — horum annalium, ab aliis auctorum ac atorum, teſtatur, ſe cum in coenobio , tum Laurishamenſi, vixiſſe. Ab initio t cum annalibus Fuldenſibus prioribus emoratis.

Cf. *Hiſt. litter. de France* T. IV. p. 424 ſq.

Annales Vedaſtini. Annales Vedaſtini, e codice bibliothe Bertini, cum annotationibus; apud *Bou* VIII. p. 79 — 93. Cf praefatio huius to a. 824 usque ad a. 900 hi annales contin Dicti Vedaſtini ab Abbatia S. Vedaſti (S. in urbe Atrebatenſi.

Lebeuf. *Notice raiſonnée des Annales Vedaſtines, ſcript du X. ſiècle, où ſont renfermées des d rieux ſur l'Hiſtoire de France de la fin du I par M. l'Abbé* LEBEUF; in *Mém. de l'Acad ſcriptt.* T. XXIV. p. 687 — 736.

Chronicon Moiſſiacenſe. Excerpta Chronici veteris, ab init Francorum ad annum 818, ſeu Chronic *ſiacenſe*, ex codice eiusdem coenobii exſc apud *Du Cheſne* T. III. p. 130 — 147, et lacuna ab a. 717 usque ad a. 776 e Codic apud *Bouquet* T. II. p. 648 — 656. Cf. Collectio ampliſſ. T. V. p. 887 ſqq. — vulgaris utilitatis haec ſunt excerpta, ex bus, ut videtur, chronicis collecta. Ex locis apparet, auctorem non in Franc ſcripſiſſe, ſed in Germania.

Annales Breves Annales *Ratisponenſes* (ab a. 72

t Eginharti Vitam Caroli M. ab *Hermanite Nuenario*, Coloniae 1521. 4. ibid. . Lipſ. 1616. 4. Inſerti porro a *Juſto* omo uno veter. ſcriptorum p. 15 ſqq. et editione, adſcriptis lectionibus varianti. S. Caſſellano p. 27 ſqq. Inter ſcriptores . 1 ſqq. In Corpore hiſt. Franc. *Freheri* qq. Apud *Du Cheſne* T. II. p. 233—273. n usque ad a. 829. In fine eiusdem tomi ſubiiciuntur horum annalium emendatio- Cod. MS. quem Peireſcius poſt eorundem onem iam completam Lutetiam miſit). toribus rerum Germ. *Heineccii* et *Leuck*cundum editionem Nuenariam, at ſine nentione, quaſi primum hoc loco vul-, p. 144—176. Et correctiores apud T. V. p. 196—215. T. VI. p. 174—189. *illice* a *Ludovico Couſin*; in *Hiſtoire de l'Emcident* (à Paris 1683. 12) T. I. — *Carointe* atque *Mabillonius* contra *Du Cheſnium* tum horum annalium auctorem haud ſe, comprobant ex eo, quod nonnulla s hiſtorici vita Caroli M. exponantur, nalibus hisce contra dicant. Quae ab usque ad a. 714 traduntur, ad verbum nalibus Tilianis conſpirant.

FONTETTE T. II. p. 110.

onicon Monaſterii ſancti Michaelis in rdunenſi; in *Mabillonii* Analectis T. II. ſqq. — Inſervit hoc chronicon, cum adiectis, hiſtoriae Caroli M. et Ludo- Chron. Monaſt. S. Michaelis,

ales veteres Francorum ex Manuſcripto ecae Regiae; in *Martenii* et *Durandi* Col- veterum Scriptt. T. V. p. 883 ſq. Ab sque ad a. 840 procurrunt. Annales veteres Franc.

Adreval-dus. Fragmenta de Regum Francorum reb ſtis, a Carolo Martello anno 738 ad annu auctore ADREVALDO, Monacho Floriacen cerpta ex libro eiusdem de miraculis S. dicti in Gallia patratis poſt translatione Actis *Sanctorum Ordinis S. Benedicti* T. I. ſqq. — Auctor a. 890 adhuc in vivis, re moratu dignas de rebus Pipini, Caroli M. dovici Pii, Caroli Calvi et Ludovici Balbi tumido exponit.

Chronica Tiliana. Chronica (*Tiliana*) Regum Francorum i ter digeſta, a primo Francorum eorumde usque ad Ludovici Pii Imperatoris filii, ad annum 855; auctore anonymo, qui ſub Carolo Calvo ſcribebat ante menſem Sep brem anni 855, quo Lotharius Imperator miae obiit: ex Codice *Joannis Tilii;* ap *Cheſne* T. I. p. 797 ſqq. In *Labbei* Bibl. MS I. p. 330 ſqq. Apud *Bouquet* T. II. p. 64 V. p. 17.

Ado. ADONIS, *Viennenſis Archiepiſcopi*, Brevi Chronicorum de ſex aetatibus mundi, a condito ad annum Chriſti 879. Cuius lib titiam ſupra Vol. I. P. I. p. 66 iam inter ſc

